



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

331. Refellitur aliud exemplum loas Regis. Ex part. 7. tr. 1. res. 16. aliàs  
14.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

*in Manuali contr.lib.3.cap.19.num.39. & seq.* neque enim quicquid faciunt Principes, iure faciunt, ut obseruat Acacius *de Priviliegii, lib.3.c.6.num.19.* Vnde ex omnibus supradictis, resellenda veniunt ea, quae docet nouissime Petrus Gonzalez, *de lege Politica, lib.1.c.10.n.54. & seqq.* & Solorzanius *de Indianarum iure tom.2.lib.3.c.27.n.45. & seq.*

## RESOL. CCCXXXI.

*Resellitur aliud exemplum Ios Regis? Ex part.7.tr.1. Ref.16. alias 14.*

§. 1. **A**D exemplum Ios Regis cum Leuitis, quod etiam afferit Rabardeus. Respondeo, hoc exemplum cum facto Salomonis, de quo diximus adduxisse etiam Pseudo-theologum Paulum Seruitam, qui docens posse Principes Laicos punire Sacerdotes. Sic argumentatur. [ Nella vecchia legge i Rè hanno comandato, giudicato, e punito li Sacerdoti, non solo i Rè cattivi, e mediocri, ma i Rè Santissimi, i Piissimi; David, Salomone, Ios, Ezechia, Iosia.] Ita ille. Videat P. Rabardeus à quibus viris argumenta pro sua sententia mutueretur. Sed Bouius in *respons.ad dictum Paulum Seruitam, part.2.argum.60.* sic ait. [Se come apporta i Rè, così notasse le attioni loro, nelle quali fonda il suo argomento, saprei à che rispondere. Ma David, e Ezechia id non ritrovò, che habbiano punito, o gindicato alcun Sacerdote, onde da' fatto loro possa argomentare simile Potestà ne Principi della nuova legge. Iosia, nel 4.de Rè à cap.23, vccise molti Sacerdoti, ma Sacerdoti de gl' Idoli, & non del verò Dio, & non sò vedere, à che proposito s'induca Iosia, e questo suo fatto, se non fuisse folsi (il che non credo) stata tanto grande l'inautenza di quest'huomo, che dicendo il Testo, *Sacerdotes excel'sorum*, hauesse inteso i sopremi Sacerdoti del Tempio di Dio. Salomone depose Abiathar Sacerdote, che haueua conspirato con Adonia. E à questo risponde il Turrecremata, che ciò fece Salomone per speciale rivelazione, e commissione di Dio: & lo accennano le parole del Testo che sono queste: *Eiecit, igitur, Salomon Abiatar, ut non esset Sacerdos Domini, & impleretur sermo Domini, quem locutus est super dominum Heli in Silo.* Mā chi potrà tollerare l'ardire di quest'huomo, che ponga Ios tra gli Rè Santissimi, & Piissimi, & in lui alleghi esempio di giudizio legitimamente esercitato contra i Sacerdoti? Questo Rè è descritto nella Scritura per empio, Idolatra, e crudelissimo Tiranno, il quale fece uccidere Zacharia figlio di Iosia Sacerdote, per che della sua Idolatria lo riprefese questo fatto fu conosciuto tanto iniquo, che in vendetta di questo fu da suoi proprii serui vcciso nel letto, & priuato della sepoltura Regia.] Ita ille. Cui adde Stephanum Valentinius, *lib. de potestate Romani Pontificis, c.11.*

2. Sed factum Ios Regis nihil contra nos obstat; & illud defendit Dominicus Pueronus, *de Regulari. Aristocr. com.2.c.12.num.57.* vbi sic ait: Factum Ios Regis perperam est oppositum nobis: etenim cum res esset de negligentia Levitatum circa praeceptum Moysi, plus Rex Pontificem monuit, ut quod suum erat ipse illos cogeret ad impletendum debitum; sic namque legitur: *Vocantique Rex Iosiadum Principem, & dixit ei. Quare tibi non fuit cura, ut cogeres Leuitas (non ergo Regis erat coactiuia in ipsos potestas) inferre de Iuda, & de Ierusalem pecuniam, qua constituta est à Moysi seruo Domini;* (neque enim Rex ipse sui executionem curabat præcepti) *ut inferret eam omnis multitudine filiorum Israhel in Tabernaculum testi-*

*monij?* 2. **P**aral. 24. *Quis prohibeat, iudicet quis non commendet laicos Dominos, quibus cura sit sacra rei progressus, & qui fatigant hanc prouchere? Sed aliud est, ut cap. precedenti attigimus, sacrorum sibi assumere Praefulatum: aliud supina incuria eadem profus negligere, & nolle incumbere, ut Diuinus cultus in Republica per deputatos viros diligenter seruetur. Ios in negotio illo pecuniarium propria autoritate solus nihil dispositus, comite vsus est semper Summo Pontifice Iosida; vt referrut eodem Paralip. Et *congregata est infinita pecunia, quam dederunt Rex, & Iosida his qui praeraverant operibus domus Domini.* Et rursus, *Cumque complexissent omnia opera detulerint coram Rege, & Iosida reliquam partem pecunia.* Indò 3. Reg. 12. Solus Iosida (dicitur) gazophylacium vnum talis, &c. Ecce quomodo Rex Pontifici dumtaxat institerit, & destiterit, vt recoligeretur pecunia, in templi reparacionem insumenta. Ita Pueronus. Vnde idemmet Rabardeus fateris fol. 33. Ios Regem approbante Iosida Pontifice rapinam sacrilegam Levitarum repressisse; si ergo cum approbatione Pontificis hoc fecit nullam in eos iure regio iurisdictionem exercuit; ad quid ergo P. Rabardeus hoc exemplum adducit?*

3. Addo quod etiam concederemus in lege veteri Reges in Sacerdotem iurisdictionem excusisse, non sequeretur, vt rechè obseruat Duwallius *tract. de Summo Pontif. part.3.quest.1.* Nostros Sacerdotes subiectos esse Principibus. Nam maxima est differentia inter Sacerdotes antiqua legis, & noua legis: sacerdotium enim veteris legis erat carnale, & succedebat, & continuabatur per carnalem propagationem, quamvis esset ordinatum ad Diuipum cultum, & figuram spiritualis sacerdotij noui Testamenti, id est ex illa parte in qua carnale erat, & terrenum, poterat esse subiectum regali potestati & in veteri testamento summa potestas erat terrena; & terrena erat promissa, sed in novo Testamento est spirituale Sacerdotium, & promissa spiritualium; vnde merito Sacerdotes noua legis non sunt Regibus suppositi, vt firmat Card. Turrecrem. *in summa de Ecclesia, lib. 2. c.96. vera, usque ad quartam, de Sacerdotio.* Aluar, *de plantu Ecclesia lib.1.cap.59. vers. ad id, quod obiicitur quartu;* & alij: Ergo, &c.

## RESOL. CCCXXXII.

*Reiicitur argumentum P. Rabardei desumptum ex autoritate Boërij, & Curtij, & ex cap.1. de Homicidio in 6.*  
Et deciditur, quod neque Clerici, neque Episcopi in gravissimis criminibus priuamur prærogio fori?  
Imo, quod neque propter crimen perduellionis, neque propter barefim Episcopus possit ab Inquisitoribus citari, vel puniri, sed hac causa Papa reservatur? Ex p.7. tr. &. 1. Ref. 17. alias 15.

§. 1. **R**estat etiam respondere ad argumentum Patris Rabardei deductum ex auctoritate Boërij, & Curtij, quos pro se adducit; Et respondeo ipsum debuisse potius adhærere communis sententie Theologorum, & Iurisconsultorum; quam Boërio, & Curtio, quos clare patet nimis infensos fuisse in suis operibus Ecclesiastice libertati, & immunitati; Vnde gravi correctione, & censura digni sunt: Et ideo non deseram hic apponere pro curiosis verba Ioannis Antonij Saura *in voto Platonis de examine Propositionum, cap.9.* vbi sic ait: Grauiter coereceri debet licentia opinantium in his materiis, quando receptas Ecclesie consuetudines, aut leges torquent & inuentur cum daffno